



## ELEGIA I.

### RAYMUNDI CUNICHI

### E SOCIETATE JESU

### CARMINA.

DE ACERBISSIMO CHRISTI CRUCIATU, AC B. V. MATRIS  
MOERORE.

**E**N iterum tristes ad fletus, flos ubi vatum  
Annua divino sacra refert tumulo,  
Adsum, magna vocant quo me tua jussa, Neralce:  
Etsi nec versus pandere suavidicos,  
Moesta nec Aonia præcingere tempora lauro,  
Fila nec auratae pellere nunc citharae  
Optarim; dulci sed me subducere cœtu  
A comitum, & solas quolibet in latebras

\* *Nomen amplissimi Præfulis I. Herculani  
in Arcadia principis.*